

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 6. Sacerdos qui consecrat Sacmentum, tenetur-ne illud percipere?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**

*De Sacrificio Missæ. Cap. II. 233*

Rubricis Missalis de defectibus accident. dum  
ait: *Si Sacerdos ante consecrationem graviter* “  
*infirmetur, vel in syncopen inciderit, aut mo-* “  
*riatur, prætermittitur Missa: si post conse-* “  
*crationem Corporis tantum, ante consecra-* “  
*tionem sanguinis, vel utroque consecrato, id* “  
*accidit, Missa per alium Sacerdotem explea-* “  
*tur ab eo loco, ubi ille desit, & in casu ne-* “  
*cessitatis, etiam per non jejunum.* “

Quod etiam determinatum fuit in Concilio  
Toletano relato in Can. *Nihil. 7. q. 1.*

*Quæst. 6.* Sacerdos, qui consecrat Sacra-  
mentum Eucharistiæ, tenetur ne Sacramen-  
tum percipere?

*Resp.* Certum est teneri, ut definitum fuit  
in Concilio Toletano relato in Can. in quo sic  
habetur: *Quotiescumque sacrificans Corpus &* “  
*sanguinem Jesu-Christi Domini nostri in Alta-* “  
*rio immolat, toties perceptionis Corporis, &* “  
*sanguinis Christi, participem se præbeat.* “  
Can. Relat.  
tum. De  
Consecr.  
dist. 23

*Quæst. 7.* Quomodo se gerere debet Sa-  
cerdos cùm ante vel post consecrationem re-  
cordatur se aliquid manducasse, aut bibisse,  
vel esse in peccato mortali, imò aliqua vinclum  
excommunicatione, quarum rerum non me-  
minerat priusquam Missam inciperet?

*Resp. Dicendum*, ait Divus Thomas, *quod* “  
*nbi difficultas occurrit, semper est accipien-* “  
*dum illud quod habet minus de periculo: ma-* “  
*ximè autem periculum circa hoc Sacramen-* “  
*tum est, quod est contra perfectionem hujus* “  
*Sacramento, quia hoc est immane sacrilegium,* “  
*minus autem est illud quod pertinet ad quali-* “  
*tatem sumentis. Et ideo si Sacerdos recorda-* “  
*tur se aliquid comedisse, vel bibisse, nihil-* “  
*minus debet perficere Sacrificium, & sumere* “  
*Sacramentum: similiter si recordetur se pecca-* “  
*tum aliquid commississe; debet pœnitere cum* “